



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Iudicium Philippi Melanthonis De Controversia Coenae Domini

Melanchthon, Philipp

Ratisponae, 1560

VD16 M 3533

Textvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29449

T E X T V S.

SEd hanc veram & simplicem doctrinam de fructu, no-
minant quidam (D) cothurnos: Et postulant dici, an
sit corpus (E) in pane, aut speciebus panis: Quasi vero Sa-
cramentum propter (F) panem, & illam Papisticam ado-
rationem institutum sit. Postea fingunt quomodo in-
cludant (G) panem: Alij conuersionem, alij transubstan-
tiationem, alij (H) vbiuitatem excogitarunt. Hæc (I)
portentosa omnia ignota sunt eruditæ vetustati.

S C H O L I A.

(D) **COTHURNOS)** Vere cothurnos, quæ utriusque
parti in hac parte congruunt, de præsentia personæ Chri-
sti, Dei & hominis, efficacis per verbum, Sacramenta &
fidem: Peiores cothurnis, quæ planè comparati sunt ad de-
cipiendum, in altera parte, de præsentia ipsius etiam veri
corporis efficacis in Cœna, siue per Cœnam.

(E) **CORPVS IN PANE)** Quin panem ip-
sum esse corpus Christi, secundum verba Christi: Hoc
est corpus meum: Species panis nihil ad nos.

(F) **PROPTER PANEM)** Iterum dico: Non
propter panem, sed cum pane, in pane, propter hominem.

(G) **QVOMODO INCLVDANT PANI)**
Facebant hîc qui nugas tractant: Ab alijs absint petu-
lantes calumniæ. Nos simplici fide verbis Christi acqui-
escimus: Et ut rumpantur Cingliani, corpus Christi non
solum cum pane, in pane, sub pane, sed panem ipsum esse
Christi corpus, prædicatione identica, (salua utriusque
substantia) cum Christo & Paulo planè adserimus. Mo-
dum